Trier 204/1185 2.19
S. XV (Eversberg)

157 r f.

De laude asini allegorice
Eya simplex animal unde meruisti
Quod tum sacratissimum pondera gessisti
Item dei filium atque matrem xpi
Forte brutis omnibus dignitas fuisti
Nonne inter bestias asinus despectus
Cur ergo pre ceteris magis es electus
Spiritalis forsitan hic est intellectus.
Quod asellus portitor xpi sit effectus.
Asinus est animal simplex mansuetum. simplicitas
Gressum habens humilem maturum quietum
Lascive non saliens est et raro letum.
Pro tantum suspiria videt quasi fletum.
Asinus est habitu grisco indutus habitus
Neque lenis affatis nec nimis hirsutus
Sine falle. callidus non est nec astutus
Nutu dei loquitur. per se vero mutus. - silentium
Crucem suam baiulat semper supra dorsum.
Coniugalem asinum non ledit per morsum - concordia
Cervicem vix elevat. caput fert deorsum - humilitas
Aures autem erigit. in longitudinem sursum. attentio -

Religio
Religiosi